


~~W. 45.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
I VITEBERG.

A. 159. SIGNAT. CLVCCCCXIII.

Ufibus bibliothecae Saxonicae
grata mente offert
Sam. Wepster 1797.





2
הרגל
חקרונקי הלשון

SEV

MANVDVCTIO,

VIA M

OSTENDENS COMPENDIOSAM

A D

Ebrae Linguae

ANALYSIN faciliùs instituendam,

ejusque

ritè applicandam SYNTAXIN,

OPERA

I. A. DANZII.



7 E N Æ,

Prostat apud IOH. BIELCKIVM, Bibliop.

M. D. CC. II.

MANV DUCTIO

MANV DUCTIO

OSTENSIBILE COMPREHENSIBILE

ANALYSIS FACILIS INIUNCTAM

SYNTAXIS

I. A. DANZII



PROFESSOR R. BIELCKIUM, BIBLIOP.

M. D. CC. II.



P A T R I Æ

AC FAMILIARVM ORNAMENTIS,
VIRIS IUVENIB.

Nobilissimis, ac Praclare-Doctis,

DN. IVSTO CHRISTOPH. **BENEDICTUS**

HANOVERANO.

DN. GVSTAVO GEORGIO **BENEDICTUS**

NORIBERGENSI, ac

DN. IOHANNI GVILIELMO VAN SONTEN,

ENCHVSA BATAVO,

SS. Theol. ac Lingu. Orient. Cultoribus felicissimis,

Commillionibus suis inter Primos,

S. D. P.

JOH. ANDR. DANZ.



Quantum recorder, nemo quidem ex-
titit hactenus, qui sacram Scripturam
quantivis æstimans pretii, splendido
illo *Legatorum* titulo publicè ab e. re-
suscit sacros Præcones. Ut taceam *Apo-*
stolorum (a) græcam appellationem sti-

æquipollentem, quam *mittendi* verbis sæpius expressam,
deprehendimus in veteri fœdere: disertis verbis *Dei Lega-*
tus salatur Haggai, ejusque ad populum missio. *Legat-*
tio. Paulus quoq; *Legatione* se fungi ait, loco Christi; Deo
per ipsius verba pronunciante (d). Neque hoc paucis his
proprium. *Quilibet Prophetæ Legatus dicitur*, ex sententiâ
Abarbanelis (e), divitorum Regum Hispaniæ ac Lusitani-
æ Ministri quondam primarii (f). Nec dubitat

a 2

(a) Vid. ex multis Matth. X. 2. Luc. VI. 13. Joh. XIII. 16. Rom. I.
1. c. XI. 13. (b) Jes. VI. 8. c. XLVIII. 16. c. LXI. 1. (c) Hag. I. 13.
(d) 2. Corinth. V. 20. (e) Comment. in Hag. I. c. f. 278. c.
2. (f) Vid. Præfat. in מעיני הושעיה.

supremum Numen eod. honoris elogio insignire omnem Sacerdotem, Dei declarantem voluntatem. *Ex ore, inquit (g), Sacerdotis doctrinam quarant, eò quod Legatus ille Domini exercituum.*

Præclara omnino ac eximia hîc omnia. Sive enim *Legati* munus consideres, sive nudum expendas nomen, ubivis excellunt singula. *Legatus* à *Legendo, lectus* sit, non è medio sumtus, sed hinc excerptus; nempe è pluribus *lectis*, unus aliquis curatius *enucleatus*, qui sit τῶν ἀριστῶν ἀριστος, καὶ πρῶτων πρῶτος (h). Atque *lecte* hujus appellationis, quæ Ebraicè (i) ipsis sanctis Dei *Angelis* competit, ac græcè (g) *senilem* connotat *prudentiam*, prærogativa digito veluti ipsam *pulcherrimi muneris* demonstrat *excellentiã*. Hoc Cyrus inter res maximi momenti ponebat, cujus constituendi ipse gereret curam (l). Bochus ex omni Necessariorum copiã eos saltem *Legatos* delegit, quorum & fides cognita, & ingenia erant validissima (m). Ex toto lectissimo Ducem numero Agamemnon solos *Ajacem* & *Vlysssem Legatos* nominat (n): eosque inclytus ille conditor *Iliados κλίτους* vocat, q. d. impensius *quisitos*, & è *quisitis lectissimos* (o). Usque eò hoc munus nil nisi *eximium* loquitur, & *excellentiissimum* quodque.

Enim

(g) Mal. II. 7. (h) Vid. Car. Paschal. *Legat. c. 1.* (i) מַלְאָכִים ipsam quandoq; *Præsidem* notat. (k) πρεσβυτερος & πρεσβυς, quorum hoc usitate *senem* denotat. Paschal. l. c. c. 2. Vt Joseph Gen. 37. 3. בְּיָדֵי אֲבִירֵי אֶרֶץ מִצְרָיִם juxta *Targ. Onk. puer senili prudentiã* præditus. (l) Xenoph. lib. 8. Initit. p. m. 202. (m) Sallust. *Bel. Jug.* (n) *Hom. Iliad. l. 9. v. 163. sq.* (o) Eustathius ad l. c. reddit ἐξ ονομακλήδων ἐπιλέκτους nominatum electos, sive ἀριστῶν ἐπιλεγμένους βέλτερον αἰετός ex præstantissimis quibusque.

Prefatio.

Enim verò quàm parum eminenti hâc dignitate dignos haud pauci ex Clero nostro se præbeant, deploranda comprobatur experientia. Non commemorabo nunc omnes *Legatorum* dotes, quibus præditi sint, quotquot hoc munus cum laude gerere gestiunt. Solam attingam *ejus lingue notitiam, que Principi mittenti est vernacula, quâque mandatum, quod instructionem, vocamus, legationis anima, exaratum deprehenditur* (p). „Hâc qui destitutus est, ad legationem profus videretur ineptus: ac proinde ad id fastigii euectus nihilominus, pronus ruit non modò in damnum Principis, à quo mittitur; sed & sæpe in perniciem tam illorum, ad quos suscipit mandatum perferendum, quàm sui ipsius: expositus prius aliorum ludibrio, ac mox ipsi quandoque sententiæ damnatoriæ.

Cum enim *Legatus* sit verborum & sermonis Ejus à quo mittitur, fidus perlator: non potest non profus ineptus judicari ad hæc perferenda recensendaque aliis, qui ipse ea non intelligit. Certè talis non majori jure partes *legati* sibi sumere mihi videtur, quàm dicendi munus *Orator* (ut prisca loquebantur, ἄλωσις) *elinquis*, & *Antiphanis* ῥήτωρ ἄφρων *Rhetor mutus* (q). Quomodo enim *Commis*sa decenter expediet, quæ ipse ignorat omnium maximè? Non crediderim, ullam aetatem hujusmodi *monstrum legati* verius dixeris, quàm legatum sustinuisse unquam. Quis ausit v. g. Germanorum Imperatoris legationes suscipere, ignarus linguæ teutonicæ, si eâdem peragenda mandarentur? Et tamen,

(p) Vid. Paschal. l. c. cap. XXI. p. 128. seqq, (q) Vid.

Athen. l. 10.

ἡ ἀπόδειξις (1)

men; eo stupendam quorundam temeritatem! non ve-
 tentur in ipsa Supremi Imperatoris adyta irruere, *lega-*
tionem ad homines emendicari rectius, quam exora-
 tum; *legationem* inquam, de summâ rerum, ipsâ scilicet æ-
 ternâ animarum Salute recuperandâ vel amittendâ pe-
 nitus, etiam illi, qui convicti sunt, quod linguam, quâ
 Deus perferenda pronuntiavit ac conscribi iussit, vel
 ignorent penitus, vel non satis calleant; unicâ fiduciâ
 in Interprete positâ. Facinus profectò audacissimum,
 & confidentiâ periculosè præceps! Quâ fide enim divi-
 nam voluntatem, de æterna hominum salute, ad alios
 deferent, quam ignorant ipsi? quâ industriâ aliis enar-
 rabunt, quod ipsi non intelligunt? Hæsito, annon tales
 magis *impostores* sint dicendi, quam *pastores*; *pistrino*
æquus alligant, ut labore manuum mercedem faci-
 ant quondiani victus, quam Supremo *legati*. Imponunt enim illis, ad quos missos se fingunt, toties, quo-
 ties, ordine profectò præpostero; interpretis sui verba
 garrunt, à mente Mitteatis diversa. Imponunt Mit-
 tenti ipsi: cum fidem in decenter perferendis man-
 datis promissam servare nesciunt, Eumque, quantum
 ipse suo sine privant. Cyrus idè curam præparan-
 di nominandique *Legatos* alii committere noluit,
 quod, si tales in non essent, quales esse conveniret,
 maiò rebus suis prospectum fore arbitraretur (r).
 Quàm parùm enim Mitteatis honori consulant isti
 Sacerdotum Pracones, qui Supremi Numinis linguam
 ignorant; ex hoc manifestum redditur, quòd, ut mi-
 nissime loquar, saltem non repugnet, quò minus sub-
 inde

.biv (p) .ppsi .c.219.1XX .q.21 .l.123 .biv (p)

(r) Xenoph. l. c.

Prefatio.

inde (horrendum dictu) in Deum ipsum evomant mendacia; asserti alicujus autorem Ipsum adstruentes, quod nunquam edidit. Quoties quæso è sacris literis, stylo his usitato, plenis clamant buccis: *Ita inquit Dominus*; verbis, quæ Dei venditantur, subjunctis? cum hæc sæpius esse possint solius Interpretis, cui fidunt, ac cum mente divinâ nil quicquam habere commune.

Equidem, haud ignoro, additur quandoque *Legato* ab ipso Principe Interpretes. Sed eas adituro gentes, quæ diversâ cum *legato* utuntur linguâ. Neque hæc sine, ut *legatum* edoceat, quæ Principis mens sit: verum ut à *legato* edoctus, hujus verba idiomate enunciet illis noto, ad quos mittitur. At qui apud nos *legati* titulum affectant, ad suos mittuntur Contribules, eâdem cum ipsis linguâ gaudentes: ex ore Interpretis sumunt, quod ipsi enunciant aliis. Atque adeo, dum *legatos* se venditant, interpretis (quid impedit, quò minus quandoque iniqui, suæque servientis hypothese?) ipsi fiunt balbutientes interpretes, ne dicam mancipia. Interpretes ab ore pendeat *legati*, non *legatus* ab ore istius. A nemine ille informari cupit, nisi à solo Principe, à quo mittitur: & comites suos in quorum numero etiam interpretes, format omnes. *Legatus* dirigat interpretem. Hic ministri vices præstet, ejus exsecuturus jussa; non Domini, qui instruat *legatum*. Turpe itaque ac ridiculum dictu est, *legatum* se venditare, & tamen ab arbitrio pendere interpretis. Haud secus ac si Dominum te diceret ei, cujus per omnia exsequeris mandata, ipsius religiosè ad-

dictus sententia. *Crede mihi, nemo te pro Domino habebit, pro seruo omnes.* Quoties enim, facta verbis sunt contraria, toties ex factis iudicamus, verbis neglectis.

Atque ad eò non est, cur mireris, si forte dubia Tua redditur cordatis vocatio; suspicantibus, te æquo jure eodem ornandum elogio, quo olim Demosthenes Æschini impudentiam hanc exprobraturus, vocabat eum *ἀποξερποβήτωρ μέγιστος* à se ipso electum legatum (s). Quidni etenim, persuasus, Apostolicum illud ad Timotheam, *ne cui manus imponantur temerè* (t), monitum nondum antiquatum esse, aut è Dei Ecclesiâ præscriptum, censeam, Tuo potius interpreti munus legari assignatum, quàm Tibi? utpote te ad hoc longè aptiori. Non adjudicatur illud officii, nisi præstantissimo cuique. Ideò Nestor Sapiens ille Homericus, Phœnicem, Ajacem atque Vlysses legatos eligit persudando expugnandoque Achilli; quod magis idoneos ad id negotii exercitus non haberet (u).

Ridet Hieronymus (x) legatum, qui patrono indiget. & Demosthenes (y) *lex*, inquit, *mortem illi indixit, qui non missus, tamen se fert legatum.* Ac paulò post Idem falsum legatum capitis damnari asserit. Quomodo hic Noster excipiendus, qui sine interprete ne hiscere ausit? quique id eò de legitimâ ad hoc munus electione, ob inæptitudinem suam, haud immeritò omnibus rem ex æquo æstimantibus est suspectus. Certè securitas communi gentium jure legato servanda agere ipsum

(s) Demosth. de fals. leg. (t) 1. Tim. V, 22. (u) Hom. Iliad. 9.
(x) Epist. 1, 1. ep. 16, 23. 6. (y) de fals. leg. 2 16.

ipsum liberabit à supplicio. Nec satis tutum præstabit devolutio facinoris, si quod minus ex præscripto fuerit perpetratum, in interpretem. Romanorum legati municipales ex delictis in legatione commissis, cogebantur Romæ pati iudicium, sive ipsi admiserint, sive eorum servi (z). Legatus, inquit divinus Plato (a), aut Præco, si falsò, que sibi commissa sunt, nunciaverit, ea tacendo, que dici debuerunt, aut referendo falsa, in iudicium trahatur, & Judices pro magnitudine rei, quid pati ipsum oporteat, discernant. Pelagio legato Romano Totila in os dixit, honorem haberi legato illi, qui, si vera promisit, remittitur ad suos: sed illi ignominiam addi, qui commentitia loquitur (b). Fabii ad Gallos legati, postquam secus ac in mandatis habuerant, egissent, jure censentur à Gallis ad pœnam postulati, tanquam violatores juris gentium (c). Et, cum ambitio obstaret, quò minus illicò (d) decernerent Romani in tantæ nobilitatis viris, quod justum erat, negligentiam hanc, Camillo iudice, Dii tam acerbè vindicarunt, ut totam urbem in manus traderent offensorum (e). Patrum nostrorum ævo *legatus* ex periculosissimâ licet legatione redux, in jus tamen vocabatur; & convictus, quod Principis voluntatem haud decenter executus esset, mox plectebatur capite (f).

Ita non video, quo prætextu Judicis sese subtrahere

(z) Paul. in lib. 24. D. de judic. (a) Tom. III. Oper. lib. III. de leg. init. (b) Procop. lib. 3. belli Goth. (c) Liv. lib. 5. c. 36. (d) quid enim deinceps factum sit, Vid. ap. Liv. lib. 6. c. 1. (e) Liv. lib. 5. c. 51. (f) Olear. Itin. Perf. lib. 6. c. 27.

valeant, quotquot in obeundâ divinâ *legatione*, strictè non exsecuti sunt, quod in mandatis habebant. Imò verò eò gravior in hos pronuntiabitur sententia, quò graviori in negotio deliquerunt, quove atrocius. Quid autem gravius, quàm causa æternæ hominum salutis? quid atrocius, quàm sublestâ explicatione credulas hominum animas decipere, ac saepe secum in sempiternam ruinam dare præcipites? quid inquam, atrocius? quam ipso Deo immenso, Deo omnipresenti, ac Eodem omniscio, *legationis* hujus Principe, præsentè, in densâ sæpius Electorum concione, tot attestantibus sanctis Dei Angelis & ipsis præsentibus, non erubescere, ea subinde Deo imputare ejusque verbis, quæ nunquam in mandatis dederat. Quæ, si non hæc summa, est impudentia? haud simplici expianda lustratione. Seriò hæc mecum perpendens, exhorresco totus. *Si quis contra hominem deliquit, litem componet Judex: verum pro eo quis intercedat, qui in Deum ipsum est injurius* (g)? Vereor, ne hujusmodi *non lectus legatus*, advertens aliquando vel toties crimina falsi à se commissa, vel incerta obtrusa pro certis, conscientix sive sauciatae morsibus agitur, sive dubiæ propulsus fluctibus, non inveniat, qui medelam afferat illis, his tranquillitatem. Usque eò nihil est, quod hæc inprimis ætate, quâ undiquaque linguarum viget notitia, supinam hanc ignorantiam ullâ excuset specie.

Quantò satius foret, deprehenso hujus requisiti, ad id muneris absolutè necessarii defectu, aut no-

men

(g) 1. Sam. 2. 25.

Prefatio.

men mutare, aut mores. Et, si illud probrosum; certe hoc nec ignominiam affert, nec difficultatem nullis viribus superabilem. Facilis est ad hæc sacra aditus, imprimis illis, qui ut maturè se præparent, advertunt animum. Quod si tamen aliquis vel propriâ culpâ averfus, vel temporis aut sumtuum penuriâ exclusus, vel etiam *impiâ Anorum*, quantumvis in eminenti constitutorum loco, *assuptione seductus*, neglexerit hoc si non *Vnitum*, certè *imprimis* sibi *Necessarium*: meminerit, fatius esse serò sapere, quam proflus non. Nemo quantumvis senio jam confectus ab hoc arceatur adyto. De Origine testatur Hieronymus (h), quod jam grandævus, contra naturam ætatis & gentis suæ, Ebraicè didicerit. Et celebris ille Dominicanus Bannes, idem à se factum, ait, in extremâ senectute. Novi septuagenarios huic studio applicuisse animum, uberissimo brevi dotatos fructu.

Atque hæc etiam sine has passus sum vulgari pagellas, ut non modò juvenibus prosum, mihi addictis atque presentibus: sed & senibus intersiviam, iisque absentibus. Hanc quippe à multis retrò annis sententiam foveo, quæ non Docturis alios, spinosam illam permutandorum punctorum doctrinam, vix longo tempore satis extricabilem, nequaquam imponit. Sed nudâ Verborum perfectorum Nominumque formatione cognitâ, atquiescit, post accuratam Conjugationum Thematumque à se invicem discretionem, in plenâ ac perfectâ Syntaxeos evolutione. Hanc proflus præterire non potest, quisquis genium linguæ cogno-

(h) in Catal. Script. Eccl.

gnoscere fatagit intimiùs. Valent enim diversa ead., voces Ebrææ, pro constructione aut Conjugatione diversâ. Ad certi quid restringuntur regulis Syntacticis, Itaque his saltem cognitis, mediisque determinandi Radices ac Conjugationes, Senex parum moretur puncta. Quippe quæ sub eâdem etiam literâ multipliciter variare possunt, sensu interim (quem unicè quærimus) nil quicquam mutato. Et hæc quoque viâ primùm ducendos existimo omnes alios, quantumvis Juvenes, aut profus adolescentes: donec h. m. primas vocum notiones hauserint. Experienciâ magistrâ didici, intra semestre spatium hæc ratione longè altius provehi Tyrones, quàm factò à punctis initio, intra biennium. Id quod, cum totâ methodo studii Ebraici feliciter tractandi, prolixius & ex instituto commemorabo propediem.

Interea paucas has paginas Vobis, CHARISSIMI MEI! inscripsi, non tanquam studiis Vestris necessarias. Dudum enim est, quod hæc contriveritis omnia, Sint potius publica mei in Vos amoris tessera; ac certissimum testimonium ingentis istius spei, quam de quolibet Vestrum, in hæc literaturâ propagandâ, jam olim conceperim. Agite igitur, ô Optimi! & quilibet apud suos, sed & per Svos, efficite, ne quis Dei *legatus* amplius hoc munus gerat cum damno & dedecore. Valete. Dab. Jenæ, 21. Martii, An. 1692.

S. I. Di-



§. 1.

Dignoscuntur Conjugationes
à se invicem,

I. Nullo *Præformativo Radicali-*
bis præposito,

- Piel indicat {
1. Dagesch forte mediæ radicali^a expressæ^b impressum. & sic
 2. Radicales plures Tribus^c. atque
 3. Vna alteraque radicalium duplicata^d.
 4. Primæ radicalis (..) ^c; item (.) syllaba

(a) Gen. 24. 3. **דָּבַר** loqui. (b) Eccl. 7. 25. **סִבְתִּי** *circuivi*, quod est ex Kal. nec Dagesch, literæ quidem secundæ vocis impressum, Piel designat; cum non sit secundæ radicalis; quippe quæ perit. (c) Job. 26. 9. **פָּרַשׁ** expandit. (d) v. g. *ultima* Jer. 48. 11. **שָׁאֵן** tranquillus est: *prima* Jer. 51. 25. **וְגַלְגַּלְתִּיהָ** & devolvam te, rad. **גָּלַל**. Ita *prima* & *secunda* Jer. 51. 25. **עָרַר** denudare, rad. **עָרַר**. *Prima* & *ultima* 2. Sam. 19. 33. **כָּלְכַל** sustentavit, rad. **כָּוַל**. *Dux posteriores* Ps. 38. 11. **סָחַרְחַר** *circuivit*, rad. **סָחַר**. (e) Num. 23. 11.

ba simplicis f; atque () s, vel ()
pro () ante secundam indagescha-
bilem^h.

Obs. Quod si in his prima radicalis
habuerit ()ⁱ, () chatuph^k, ך^l vel ם^m,
tunc denotant Pual.

5. Chirek sub primà radicali, designat Hi-
pbilⁿ.

6. ך^l Prima radicalis

(a) ante duas distinctas expressas, indicat
Piel

בְּרַכְתָּ *benefecisti.* (f) Lev. 13. 13. 17. 34. וְטָהַר
& purum declarabit. (g) Ez. 39. 12. טָהַר mundare
(h) Deut. 27. 8. כָּתַר declarare. (i) Num. 1 Ez. 30.
21. הִבְשָׁה obligata fuit. num. 2. Job. 33 25. רָטַפְשׁ
tenereicit. num. 3. ultima Jes 24. 4. אִמְלֵלָה languo-
scit, &c. (k) Nah 3. 7. שָׁדְדָה vallata est. Num. 3. Pri-
ma 1. Reg 20. 27. וְכַלְכְּלוּ & commeatu instructi sunt,
rad. כָּוַל. *Dua priores* Ps 45 3 יִפְיֹאֵת valde pulcer
factus est, rad. פָּךְ. Vid. Lit. rat. §. 41 III 5. (β) *Dua*
posteriores Thr. 2 11. חָמַרְמוּ perturbata sunt admo-
dum. (1) Ps 118. 12. דָּעְכוּ extincti sunt, Jud. 16. 7.
8. חָרְכוּ exsiccatae fuerunt, Ps 36 13 רָחוּ impellun-
tur. (m) Jud. 18. 29. רָוַלְךָ natus fuerat, iPro. 25. 19.
מִעֲדָה luxata. (n) Jes. 1. 17. רִיבְךָ causam agite.

Piel °, vel *Participium Kal P.* Sed
(β) ante duas similes, notat *Piel* ac *Püal*;
quarum *Püal* à *Piel* differt, voce qui-
dem in fine non crescente, per (-)
media^s.

(γ) Ante tertiam verò radicalem desi-
gnat *Kal*†.

7. Si superiorum nihil adfuerit, dixeris *Kal*†.

II. *Præposito Radicalibus Praeformativo*

1. Ut (α) *integra Syllaba denotat Hitbpael*;
ita (β) נ cum *Afformativis*, designat *Ni-
phal* *; & (γ) ה cum (-) vel (·) signi-
ficat *Hiphil* †. 2. ה

(o) *Jes.* 40. 24. שורש radices egit: Vid. *Literat.* S. 41.
III. 5. (a). (p) *Gen.* 17. 19. יולדת pariens. (q) *Thr.*
1. 22. עוללת fecisti, rad. עלל. *Pf.* 90. 17. צוננה
dirige, rad. כון. (r) *Pf.* 51. 7. חוללה formatus
sum, *Thr.* 1. 12. עולל factus est. (s) *Pf.* 66. 17.
& exaltatus est, *Efr.* 9. 9. לרומם ad extol-
lendum. (t) *Jes.* 19, 18. לשאול ad interrogandum,
2. 3. סוב circuire. *Jof.* 5. 2. מול circumcide.
(u) *Deut.* 34. 10. קם surrexit. *Pf.* 22. 13, 17. סבכוני
circumdederunt me &c *Vide infra ad num. 3. f. not. 1.
reg. 6. post med. † *Pf.* 80. 6. האכלתי cibavi.

2. ה cum (.) ante primam radicalem
(a) *Scvbatam*, indicat *Hipbil*^x.

(β) *Dagescbatam*, denotat *Niphal*^y.

3. Si, Præformativo pluribus conjugationibus communi, ut Futurorum Participiorumque, prima radicalis non fuerit Gutturalis, nec secunda Quiescens aut Geminata; tunc differunt à se invicem per Punctum Præformativo adscriptum. Nam

α. (-) Præformativi indicat *Hipbil*^z.

β. (.) *cbatuph*^a, (◌) ^b & (◌) ^c Præformativi, indicant *Hophal*.

γ *Scvba*

(x) 2. Chr. 1. 11. הַמֶּלֶךְ כְּחַיִּיךָ regem constitui te. (y) Jes. 52. 14. לְהַפְתִּיחַ ut solvatur. Gen. 17. 10. הַמּוּל circumcidi, rad. מוּל Jes. 52. 11. הַבְּרִי purgate vos, rad. בַּרַר, pro הַבְּרִי. (z) Jes. 7. 6. וְנִמְלִיךְ & regem constituemus, Gen. 24. 49. הַגִּירָה indicate, rad. נָגַר. *Contra primam Gutturalem*, Pf. 34. 11. יַחְסְרוּ est ex Kal, (-) nequicquam obstante: ita Gen. 16. 14. הַעֵשָׂה facies & c. (.) autem Præformativi Futuri, ante primam Gutturalem semper designat Kal, Deut. 15. 11. יַחְדָּל desinet. (a) Dan. 9. 1. הַמֶּלֶךְ rex factus est. Ez. 26. 2. הַחֲרִיבָה vastata est. Jud. 20. 31. הַנְּתַקֵּן avulsi sunt. Chr. 9. 1.

γ. *Scheva* Preformativi, designat *Piel*^d
& *Pual*: quarum hæc ab illâ dif-
fert per ()^e וּפּוֹלָא & () cha-
tuph^h primæ radicali adscriptum.
Bullorami δ (.)

הַגְּלוּ deportati fuerunt. (b) Dan. 8. 11. הַשְּׁלַךְ
projectus fuit. Jos. 9. 21. הַגְּדִי nunciatum fuit, rad. גָּדַד.
& ita ferè omnia verba פָּנַי. Ex. 5. 16. מְכוּסִים per-
cussi, rad. כָּסָה. (c) Est. 3. 11. הַוָּסֵף fundatus fuit,
rad. וָסַף. Jer. 24. 1. מְעֻדָּים constitui, rad. עָדַד & c.
(d) Gen. 31. 24. הַדְּבַר loqueris. Ex. 15. 9. אֶחָלֵק
dividam. Job. 21. 29. הַנְּכַרִּי agnoscetis. Ez. 23. 18.
וְהַגְּלֵה & discooperuit, rad. גָּלָה. Lev. 26. 23. הַזְּרָה
dispergam. (e) 1. Chr. 21. 16. מְכֻסִּים operti, rad.
כָּסָה. Exod. 34. 34. הַזְּרָה jussus erat. (f) Num. 22. 6.
מְבוֹרָךְ benedictus, Jes. 48. 12. מְקוֹרְאֵי accersitus à
me, Job. 18. 15. הַזְּרָה spargetur. (g) Ez. 16. 34. הַזְּרָה
stortatio peragitur. Jes. 44. 20. הַזְּרָה illusus. Vid. Kimch.
f. 21. col. 4. (h) Pf. 94. 20. הַחֲבִירֶךָ associabitur tibi,
Jes. 66. 26. הַשְּׁעֵשְׁעֵךָ oblectabimini, rad. שָׁעָה.
Contra in Verbis quoad secundam Imperfectis, datur
Scheva in omnibus tribus prioribus Classibus 3 v. gr.
Job. 31. 15. וְיִכְוֹנֵנוּ & aptavit nos, ex *Kal*. Job. 42. 7. 8.
הַכּוֹנֵן rectum, partic. *Niphal*. Pf. 21. 13. הַכּוֹנֵן apta-
bis, ex *Piel*; Ez. 28. 8. מְשׁוֹכֶכֶת reducta, Part. *Pual*;
Ez. 23. 20. הַכּוֹנֵנוּ disposui, ex *Hiph*. rad. כָּוַן. Ita à

6 *Distinctio Conjugationum. II. 3.*

ד. (.)^l & (··)^k Præformativi, indicant *Kal* & *Niphal*: quarum *Niphal* à *Kal* differt, post Præformativum נ^l, per Dagesch forte primæ radicali impressum^m. quod ipsum literis

רטו

Geminantibus, v.g. Ps. 49. 6. יִסְבְּנִי circumdabit me, 3. fut. *Kal*. 2. Sam. 6. 22. וְנִקְלוֹתִי & vilis fiam, 1. præ. *Niph.*, rad. קלל. Ps. 26. 6. וְאֶסְבְּכָה & circuibō 1. fut. *Piel*. Jcf. 53. 3. מְחוּלָּל vulneratus, Part. *Pual*. Job. 16. 7. הִשְׁמַתָּ defolasti &c. proinde nihil profusū fecerunt. (i) Ps. 19. 14. יִמְשֻׁלֻּךְ dominabuntur. Ex. 24. 14. וְגַשׁ accedet, rad. נגש, Job. 20. 28. וְיִגְלֵךְ exulabit, rad. גלה. (k) Jud. 8. 23. אֶמְשֹׁל dominabor, Ruth. 4. 4. אֶגְלֶחָה revelabo, 1. Chr. 21. 13. אֶפְוֶל cadam, rad. נפל. (l) Jer. 13. 7. נִשְׁחַח corruptus erat, præ. *Niph.* Lev. 11. 47. נִאֲכַלְתָּ quæ comeditur, part. *Niph.* ita Gen. 32. 8. הַגִּשְׁאֵר relictus. Job. 6. 13. נִדְרַחָה pro נִדְרַחָה expulsā est, præ. *Niph.* rad. נרח. Jcf. 38. 12. וְנִגְלָה & deportata est. (m) Jcf. 1. 24. אֶנְחַם consolatione erigar, Jcf. 49. 9. וְהִגְלֵנוּ revelamini, 2. pl. m. imperat. rad. גלה. Pro. 14. 17. 20. וְיִשְׂנֵא odio habebitur. *Eademque Nota valet etiam de Imperfectis quoad secundam; si Præteritum exceperis atque Participium.* v. g. 2. Sam. 19. 10. הִמַּס li- quefcendo, inf. N. rad. מסס, 2. Sam. 14. 25. יִטּוּב

רַטַּח inscriptum, designat etiam
Hithpaëlⁿ.

ε (..) Ante primam indagescabilem
Kamezatam, designat Niphal^o; a-
liàs Kal^p.

ς (i) Ante primam א, notat Kal^q; a-
liàs Hipbil^r: vel etiam Präteritum

B 2

ac

3. fut. f. N. rad. סבב. Ez. 38. 7. וְכֹון paratus esto, Pf.
89. 35. וְכֹון stabilietur. Hinc etiam ob primam in-
dagescabilem, ex accidente, (..) Praformativi Conju-
gationem Niphal denotat: quod alioquin in his verbis
designat Præt. ac Participium Hipbil, convenientibus
adjectis Praformativis. v. g. Job. 33. 30. לְאֹרֶךְ pro
וְאֹרֶךְ ad illustrandum, vel, ut illustretur, 2. Sam. 2. 32.
וְאֹרֶךְ & illuxit. (n) Jes. 14. 14. אֶדְמָה affimilabo me,
Jer. 51. 6. הִדְסוּךְ affimilabitis vos. Jos. 22. 17. הִטְהַרְנוּ
mundavimus nos. Lev. 11. 43. הִטַּמְאוּךְ polluetis vos.
Pf. 18. 26. הִחַמְםָּ integrum Te exhibebis. (o) Gen.
22. 14. וְאָמַר dicetur, Job. 30. 21. הִדְרַפְךָ verteris, 2.
Chr. 18. 24. לְחַחְבֵּא ad abscondendum se, Ez. 43. 18.
הַעֲשׂוֹתוֹ effici illud. 1. Reg. 18. 1. הִרְאֵה ostende te.
(p) Pro. 7. 25. הִרְעָה errabis, rad. רָעָה. (q) Gen.
14. 23. וְאָמַר dices, Ez. 46. 20. וְאָמַר coquent
(r) Gen. 11. 27. הִזְלִיךְ genuit, Jes. 51. 23. מוֹגִידֵי
ore te afficientes, rad. יָגַד.

ac Participium *Niphal*^s; si sc. Præformativum נ fuerit, & media nec (..) habeat, nec chirek. Extraordinarie Hophal^t.

4. Quod si Prima Gutturalis fuerit, aut secunda Quiescens vel Geminata; Conjugationes distinguit Punctum vocale ultimam radicalem præcedens.

α. (י)^u, (י)^x, (י)^y, (י)^z chatuph^z, & *scbeva*^a indicant Kal.

β Chibi-

(s) 1. Chr. 3.5. נולדו nati sunt, 1. Reg. 13. 2. נולד natus. (t) Lev. 4. 23. הודיע notum factum est; ex sententia R. D. Kimchi. (u) Joh. 16. 6. יבית, Gen. 33. 14. אבוא veniam. 1. Reg. 7. 15. 23. יסב circumdabit. (x) Deut. 33. 11. יקומונ surgent, Pro. 29. 6. ירין cantabit. (y) 1. Reg. 3. 21. ויאקם Num. 30, 8. יקמונ surgent; Ex. 16. 20. וירם & vermicavit, Eccl. 12. 6. וירץ & conteretur. (z) Gen. 4. 8. ויקם & surrexit; Deut. 2. 1. ונסב & circuivimus. (a) Ez. 12. 22. ויארכו prolongabuntur, 1. Sam. 28. 12. ויהפכו & verterunt se, Gen. 8. 3. ויהסרו & defecerunt, Gen. 14. 8. ויערכו & ordinarunt.

β *Chirek*^b, (..) ^c, vel (·:) ^d, designant
Hipbil.

Annot. 1. Etiam hîc *Præformativi* (·) *chatupb*^c, (·) ^f, ו (·) ^g,
inducant Hophal.

2. Ita (·:) & (·) ante primam
Dageschatam, ac (..) ob Da-
gesch extrusum ^h, etiam hîc
denotat *Niphal.*

B 3

3. *Piel*

(b) Pro. 19. 11. הִתְחַבְּרָהּ prolongat, Jef. 49. 2. הִתְחַבְּרָנִי
abscondit me, Gen. 47. 21. הִתְחַבְּרָהּ ranfire fecit: Vid. su-
pra n. 1. ג) Gen. 9. 17. הִתְחַבְּרָהּ constitui, N. 23. 19. הִתְחַבְּרָהּ
præstabit illud, Ez. 47. 2. וְיִסְבְּנִי & circumduxit me.

(c) Pf. 119. 37. הִתְחַבְּרָהּ averte: 2. Sam. 24. 18. הִתְחַבְּרָהּ
erige, 1. Sam. 6. 5. וְיִקַּל allevabit. (d) Pro. 26. 25.

הִתְחַבְּרָהּ credes, 2 Reg. 2. 20. הִתְחַבְּרָהּ avertes, Gen. 29. 10.
וְיִגַּל & devolvit. (e) Jef. 42. 22. הִתְחַבְּרָהּ abduntur,

Ex 20. 5. הִתְחַבְּרָהּ cogemini illis servire, Lev. 26. 34. 35.
הִתְחַבְּרָהּ defolari eam. (f) Ex. 10. 8. הִתְחַבְּרָהּ reducentur,

rad. שׁוּב; Ex. 39. 13. הִתְחַבְּרָהּ conversa. (g) Jef.
59. 14. הִתְחַבְּרָהּ aversum est, rad. סוּג, Ex. 28. 11. הִתְחַבְּרָהּ

circuminclusæ, rad. סָבַב. (h) Vide quæ supra num 3.
(i) (it. e) in Notis addita sunt p. 6. 7, & huc refer Gen. 16.

4. וְיִתְחַבְּרָהּ & vilis habita fuit, vers. 5. וְיִתְחַבְּרָהּ & vilis ha-
beor, 1. Sam. 2. 30. וְיִתְחַבְּרָהּ vilescet, pro quo Jef. 30. 16.

3. *Piel vel Pual designant*
 (a) Radicales vel geminatae^l, vel tri-
 bus plures^k; nec non

(b) i ante secundam tertiam simi-
 lem^l. In quibus Pual unice dif-
 fert à Piel per (-)^m, aut ()ⁿ,
 media radicalis.

5. *Quoad formam prorsus non differunt*

(a) Tert. Sing. Præt. Niphal, itemq; In-
 transitivorum ° ac Gutturalem in
 ul.

וְקָלַךְ, rad. קלל. Jef. 24. 9. וְיִמָּר amarescet &c. (i) Pf.
 55. 23. יִכְבֵּלְךָ sustentabit te, rad. כול, Jef. 9. 10e

כַּמְתַּעֲהֶעָ כִּמְתַעֲהֶעָ, rad. סכך; Gen. 27. 12. כַּמְתַּעֲהֶעָ
 tanquam seducturus, rad. תעה. Vide supral. 2. 3.

(k) Jer. 12. 5. תִּתְחַרְרֶהָ commiscebis te. (l) Pf. 7. 13.

וַיִּכְנַנְהָ & apravit eam, rad. כון, Jud. 10. 8. וַיִּרְצֹצֶנּוּ

& contriverunt, rad. רצץ. (m) Thr. 1. 2. עוֹלָל;

factus est; sed vers. 22. וְעוֹלָל & fac, rad. עלל;

Neh. 9. 5. מְרוֹמֵם & exaltatus, 1. Sam. 2. 7. מְרוֹמֵם

extollens se, rad. רום. (n) Jef. 9. 5. מְגוֹלְלָהּ

volutatum, 1. Reg. 7. 9. מְגוֹרְרֹתָ ferrâ dissectâ.

(o) Gen. 2. 9. נְחֻמָּה desiderabilis, part. Niph. 1. Reg. 22.

15. וְנַחֲשֵׁב נַחֲדָלְךָ desitemus, 1. f. Kal. Num. 18. 27. וְנַחֲשֵׁב

& reputabitur; vel Pro. 11. 8. נַחֲלֵץ liberatus est;

ultimā syllabā habentium ^P *prima plur. fut. Kal*, nec non quorundam Quiescentium ^Q, ac Geminantium ^r Ain prima pl. fut. tam Kal, quam Hiphil. Item

B 4 (B)

(-) pro (-) ob accent. Sed 1. Reg. 20. 23. נִחֲזֵק robusti erimus, 1. Reg. 21. 29. נִכְנַע humiliatus est; sed 2. Sam. 13. 25. נִכְבַּד graves erimus, ex Kal. (p) Gen. 45. 16. נִשְׁמַע auditus fuit; sed Jos. 1. 17. נִשְׁמַע audiemus. Joel. 1. 3. נִמְנַע cohibitus est; sed Lev. 25. 29. נִזְרַע ex נִזְרַע feminabimus. 1. Chr. 14. 8. נִמְשַׁח unctus fuit; sed 2. Chr. 20. 9. נִזְעַק clamabimus. Ita si futuro Kal ה Paragogicum accesserit, extra pausam semper coincidet cum. 3. sam. prat. Niphil. v. g. Jer. 50. 46. נִתְפַּשֵּׁחַ capta est; sed Gen. 11. 3. נִשְׂרַפָּה comburemus. (q) Gen. 41. 32. נִכּוֹן stabilis; sed c. 20. 13. נִבּוֹא veniemus; ita 1. Reg. 2. 46. נִכּוֹנָה stabilitum est; sed Pf. 132. 7. נִבּוֹאָה veniemus, cum ה Parag. (r) Num. 34. 4. 5. נִנְסַב & circumducetur, ex סִבַּב in Niph. sed quia in Inf. Hiph. & ברר est Jer. 4. 11. לְהַבֵּר, ad hujus analogiam foret נִבַּר purgabimus. Ita Pf. 22. 15. נִמַּס liquefit. Jcf. 49. 6. נִקַּל leve est; quæ forma Conjugationi Hiphil quodammodo propria, v. g. 2. Chr. 14. 6. נִנְסַב & cir-

(β) Verba **הִלֵּךְ** quorum prima Guttur-
ralis fuerit, in fut. Kal & Hiphil,
extra primam personam singula-
ris, ac

(γ) Saepius Quiescentia **אין**, quorum
ultima syllaba Gutturalem habet
vel **רִי**, in toto fut. Kal & Hiphil.

Proinde vel solo *Vsu* **יִשְׁעֶר**

eundem &c. (s) Gen. 2. 6. **וַיַּעֲלֶה** ascendet, in
Kal; sed Lev. 17. 8 **וַיִּעֲלֶה** offeret. (t) Gen. 44. 34.
וַיַּעֲלֶה ascendam; sed Ex. 3. 17. **וַיַּעֲלֶה** ascendere faci-
ciam. (u) Jes. 7. 2. **וַיִּרְרַע** & commotum fuit, in Kal.
sed 1. Reg. 16. 25. **וַיִּרְרַע** & malefecit in Hiphil: ita &
Zach. 3. 6. **וַיִּרְרַע** & contestatus est, Gen. 8. 4. **וַיִּחַן**
& requievit, ex Kal; sed Gen. 19. 9. **וַיַּעֲרֹךְ** malefacie-
mus, ex Hiph. &c. (x) Ex. 8. 26. **וַיִּסָּר** & recessit,
Gen. 8. 13. **וַיִּסָּר** & amovit: quorum illud ex Kal, hoc
ex Hiphil, 1. Reg. 20. 1. **וַיִּצָּר** & obsedit, ex Kal; sed
Hag. 1. 14. **וַיִּצָּר** & suscitavit, ex Hiphil. (y) Vt
nim. quis vel crebriori lectione, vel Concordantiarum
ope intelligat, in quam occurrat harum Conjugationum;
qua cognita, ad eam unice referetur; reliqua,
ubi verbum inusitatum est, exclusa. Ita v. g. in **וַיִּשְׁעֶר**

cernantur, vel Contextu^z.

B 5 §. 2.

facies, Gen. 6. 14. forma non repugnat, quo minus a Hiphil perinde referas, quam ad Kal: Verumcum in Hiphil inusitatum sit, frustra quis inde derivabit. (z) Qui tùm demum consuli debet, quando Verbum in utraque Coniugatione ita usitatum est, ut abstractiva significatio utrinque retineatur. Ita enim huic superaddi semper debet Adjunctum posteriori Coniugationi adhaerens: quod num locum inveniat, an verò simplex & abstractiva verbi significatio, evidenter determinabit contextus. e. g. *וַיַּעֲלֶה* ex them. *וַיַּעֲלֶה* tam ad Kal, quam Hiphil referri potest, occurrit utrinque, servata etiam *ascendendi* significatione, cui proinde *Hiphil* superaddit adjunctum sibi proprium, sc. *efficere*. legitur v. g. Gen. 45. 20. it. Jos. 7. 6. Constructione utriusque Contextus examinata, manifestum erit, ibi significare, & *ascenderunt* ex Aegypto; hinc autem & *ascendere fecerunt* pulverem super caput suum. Atque adeò ibi formabis ex Kal, hinc ex Hiphil.

De investiganda Radice trilaterâ.

Radix investigatur, Si unâ cum punctis

I. Abjiciantur omnes actu servientes literæ:

1. Extra essentielles

(a) consignificativæ Tyroni innotescunt ex Versione latina, Præpositiones^a, Articulum^b, copulam^c, vel pro-

no-

(a) Gen. 1. 15. בְּרָקִיעַ in expanso, separatâ præpositione ב in, cum plures adhuc adsint, quam requiruntur, tollatur etiam ו tanquam fulcrum, Vid. num. 5.

(b) 1. c. v. 2. וְהָאָרֶץ & hac terra. Vna vox Ebræa denotat tres latinas. separentur consignificativæ, copula itemque articulus: quibus ablatis, remanet אָרֶץ; duæ sunt semper radicales, quibus addatur præcedens loco tertiæ. Vid. num. 3. (c) 1. c. v. 3. וַיֹּאמֶר & dixit. Separatâ copulâ, adhuc plures adsunt, quam necessariæ. Ultimum ו semper radicale est, connumeremus duas præcedentes, juxta num. 3. ו pereunte.

Adhæc Vtcumque cum (-) præfigitur, sequente Da-

nomina^d, Nominibus ac verbis
adjiciente.

(β) *Otiose* vel ex *constructione*^e co-
gnoscuntur; vel ex regulis *Figura-*
rum voci aliquid addentium; cu-
jusmodi §. 52. 53. 54.

2. *Essentialiter Serviles* manifestant §. 29.

31. 32. 33. 41. 42. item §. 44. l. 2. ac 46.

II. approbati à contextu^f.

3. Si

gesch, aut cum () *propter indageschabilem*; ibi est an-
te *Futurum*; & cum hoc *nuspian* sit sine *Præforma-*
tivo, *litera* qua istiusmodi *copulam* sequitur, *semper*
abjicienda est, tanq. *servilis*. (d) Gen. 4. 8. וַיַּהַרְגֵהוּ
& *interfecit eum*. (Separetur *copula* ׀, & *pronomèn*
וַיַּהַרְגֵהוּ, itemq. ׀ *Vau* *patachatum* subsequens: reliqua
thema constituunt. *Conf. num. 3.* (e) 2. Reg. 6. 19.

וְאֵן לִיכָה & *ducam*: ׀ in fine *otiosum* esse, cogno-
scit tyro, quod *persona loquens* sit *Elifas*, in quem
nota gen. fœm. non cadit; quæ etiam *primæ personæ*,
utpote *Communi*, non potest apponi. (f). Gen. 6. 9.
וְאֵן לִיכָה *integer*. Si quis hîc *prætextu* §. 33. *termi-*
nationem ׀ tollere vellet; *contextus*, quo de *viro*
unico dicitur, ac ideo etiam cum *verbo sing. con-*
struitur, repugnaret. Ita in וַיַּהַרְגֵהוּ v. g. Ios

3. Si quæ deprehenditur semper Radicalis, eidem connumeremus alias vel præcedentes ^g, vel subsequentes ^h, vel utrinque ⁱ, donec Thema expleant.
4. Ex literis merè Servilibus, Ea, quæ sede sibi ad serviendum minus propriâ deprehenditur, habetur pro Radicali; tot connumeratis aliis, quot ad radicem necessariâ ^k.

5. Quod

15. 8. nemo ם׳ ceu Dualitatis notam abjicere potest, quia præcedit הוּיָ singulare fœm. Nec ן׳ in שְׁבַת v. g. Ies. 24. 8. intuitu §. 42. II. 2. quia constituitur cum masculino מְשׁוּשׁ gaudium. (g) Lev. 1. 6. לְבַחְחִיָּה in membra sua; si literæ ן׳ tanquam semper radicali connumerentur duæ præcedentes, thema prodit ן׳, reliquis abjectis. (h) Lev. 2. 2. מִזְכֹּרֶתָהּ memoriale ejus; literæ ך׳ semper radicali connumerentur duæ subsequentes, reliquis repudiatis. (i) Ez. 9. 8. בְּשִׁפְכָהּ effundente re. פ׳ semper radicale est; quo servato, nec cum duobus seqq. radicem dabilem constituit, nec cum præcedentibus; sed cum præcedente & sequente, reliquis abjectis, est שִׁפְךָ, 1. Reg. 2. 31. fudit &c. (k) Gen. 1. 16. לְמַשְׁלָתָהּ cum ל׳ circa finem non serviat, assumpto ei connumeremus duas

5. Quod si inter abundantes fuerint γ^1 ,
vel γ^m , tentemus primum, utrum, il-
lis tanquam fulcris pereuntibus, Radix
conveniensⁿ prodeat; sin minus, re-
tineamus easdem, abjectis aliis,

Quo facto,

II. Si tres literæ remanserint

1. In Lexicis obvia, ac contextui conve-
nientes, Radicem faciunt, punctan-
dam juxta §. 41.

2. Non occurrentibus illis in Lexicis, con-
venienter Contextui,

(a)

precedentes, reliquis ablatis. (l) Jer. 32. 1. העשיריה
decima ista. Articulo ה cum notâ fœm. gen. ה, ac
gemino fulcro γ pereuntibus, radix relinquitur עשר.
(m) Hof. 7. 4. ושבֹּת cessabit, sublato γ & γ , radix
provenit שָׁבַת; nec, הַתְּ atque γ pereuntibus, ultimum
 γ in הַתְּ vertas, juxta II. 2. (β). Cum & forma repugnet &
contextus. (n) Pf. 17. 7. הַתְּ חוֹסִים sperantes: post ים
plur. tollatur etiam γ ; nec enim radicis, חוֹסִים signifi-
catio quadrat. (o) Gen. 1. 24. הַתְּ צֵא prodire sinat;
sublato γ , foret הַתְּ צֵא, quod in usitatam; retento igi-
tur eo, & observato II. 2. (β). tollatur הַתְּ.

(α) Secunda tertia similis, vertatur in γ^p .

(β) Prima γ in γ mutetur^q; tertia verò γ^r vel γ^s vertatur in η .

(γ) Ultima η mutetur in η^t ; vel abjiciatur penitus, assumpto contrā in locum primæ radicalis, η^u vel η^x , & ante קח^y literā ל. In אחת pro

(p) Gen. I. 20. יעופף *solitabit*, rad. עוף, coll. §. 47.

II. I. (q) Deut. 23. 9. יגלרו *nascentur*, rad. ירר.

(r) Gen. 21. 16. כמטחוי *instar jaculantium*, rad.

טחה. (s) Jef. 8. I. גליון *solumen*, rad. גלה.

(t) Obad. I. v. II. in dir שבות *in exilium abducere*,

peregrinos robur ejus. fulcro. γ pereunte, relinquuntur quidem literæ שבת in lexicis obvix, sed quarum significatio contextui minus quadrat; hinc η in

η converso, constituatur rad. שבה. (u) Ez. 20. 31.

ובשאת *in apportando*: pereuntibus Præfixis, tres reliquæ non occurrunt; itaque η pereunte, rad. est

נשא. (x) Deut. 6. 7. בשבתך *in federe te*. abje-

cto præfixo & suffixo, שבת in Lexicis obvium con-

textui minus convenit; sed, η abjecto, ישב optime.

(y) Ez. 16. 61. בקחתך *in accipere te*, rad. לקח.

pro abjecto ה substituaturs ה^z, &
in תה^a ac תמה^b literâ ך.

III. Quod si modò duæ supersint literæ, videndum, an

I. Aliqua istarum habeat Dagesch F.
compensativum. Nam

(a) Prior Dageschbata, indicat, loco pri-
mæ radicalis, ך^c adjiciendum esse
vel ך^d, & ל ante קה^c. Rarò desi-
gnat Mediam quiescentem, vel ter-
tiæ similem^f, ex §. 20. Obs. 3. (β). it.
§. 45. I. Obs. 2.

(β)

(z) Ruth. 2. 13. כַּחַת כַּחַת sicut una, ex אַחַד אַחַד unus

(a) Gen 15. 7. לַחֵת לַחֵת ad dandum, Deut 15. 10. בְּתַחֲבֵיךָ
in dare te: rad. תַּחַן conf. infra (γ). it. 6. (γ). (b) Jud. 9. 15
בְּאֵמֶת בְּאֵמֶת in veritate, Pf. 25. 5. בְּאֵמֶת בְּאֵמֶת in veritate tua

rad. אָמַן. (c) Gen. 45. 15. וְהִנְיָרְאָם וְהִנְיָרְאָם & annuncia-
bitur, rad. נָגַד. (d) Gen. 2. 15. וַיִּנְחַלְהוּ וַיִּנְחַלְהוּ & colloca-
bitur, rad. יָנַח. Vid. Literat. §. 44. I. Obs. 3. (β)

(e) Ex. 21. 14. וְקָחְהָ וְקָחְהָ surripies eum, rad. קָח. לקח

(f) 2. Sam. 23. 1. וְקָם הָ וְקָם הָ constitutus est, rad. קָם. קום. Jes.

59. 14. וְהָסַב הָ וְהָסַב הָ aversum est, ex סָבַב. Ita 1. Chr. 29. 20.

וְהִקְדָּרוּ וְהִקְדָּרוּ & cervicem inclinarunt, rad. קָדַר &c. Vid.

1. c. Ab. 1. Sam. 14. 11. וְהִקְדָּרוּ וְהִקְדָּרוּ & retexerunt se

(β). Posterior Dageschbata, duplicetur ḡ; raro sibi præmittat כ h.

(γ). Affirmativa Dageschbata, indicat, loco tertia supplendum esse כ i vel ה k.

Si ex residuis nulla dageschetur,

2. Vocalis sub literâ priori residuâ,

(α). In Verbis (י) l, (י) m, (י) n, &

(י) chatuph°, indicant mediam

Quic-

Dagesch forte literæ י non est merè compensativum, sed simul characteristicum Niphal, Vid. §. præced. II. 3. (d) Itaque rad. non est גגל, verum גרה conf. num. 6. (α). (g) Pf. 33. 20. גמ|גב|נר & clypeus noster, rad. גבן. (h) Jes. 13. 3. יר|אפ|ל in iramea, rad. אנה &c. Vid. l. c. §. 56. 1. 2. Obs. (i) Ez. 17. 22. ו|נת|היר & dabo, rad. נתן. (k) Jes. 16. 10. הו|שב|הו cessare feci, rad. שבת. (l) Pro. 28. 22. ר|בא|נר e veniet ipsi, rad. רוע. Sed Pf. 2. 9. ה|רע|ם confringes eos, rad. רעץ pro רצץ. & ita I. Sam. 22. 18. סב|verte te, rad. סבב. (m) Gen. 19. 33. ו|ב|קומ|ה in surgere eam, rad. קום; sed Eccl. 9. 1. ל|בור|ה ad declarandum, rad. ברר. (n) Gen. 3. 3. ת|מת|ון moriemini, rad. מות; sed Exod. 16. 20. ו|רם|ה & produxit vermes, rad. רטם, unde רמה vermis. (o) Gen. 4. 8. ו|ב|קם & insurrexit, rad. קום; sed 2. Reg. 13. 23. רה|חן|ה & grattiosè

*Quiescentem vel Geminatam sup-
plendam.*

(β). Voce *Præformativo destitutâ*, (..) *purum designat primam* י^p; *impurum* verò *secundam quiescentem* ך. Sed (-) *Præteriti* quidem denotat *mediam quiescentem* ך, vel *tertiã similem* ך; *Imperativi* autem, *primam* ך^r, vel י^u.

(γ). In *Nominibus impure* vocales quæcunque, itidem *indicant mediam Quiescentem* x, vel *Geminatam* y *supplendam*: quam (-) *Nu-*
C do-

amplexus est, rad. חנן. (p) Gen. 20. 15. חַבִּירָא *habira*: dicitur enim v. g. Gen. 38. 11. יִשָּׁבֵי *mane*, rad. ישב. (q) Gen. 42. 38. מֵת *mortuus est*, rad. מות. Vid. Liter §. 41. III. 1. (e), not. (k). (r) Num. 14. 2. מֵתֵנוּ *mortui sumus*, rad. מות. (s) Pf. 18. 15. רָבַע *jaculatus est*, ex רכב. (t) Pf. 144. 5. גָּעַע *tange* ex גגע (u) Gen. 20. 7. רָעָע *sesto*, rad. ירע. (x) Gen. 12. 15. שָׂרֵי *principes*, rad. שור. Gen. 49. 5. מִן־כַּרְבִּים *gladii ipsorum*, rad. כור *perfodere*: unde etiam Pf. 22. 17. כְּרִימִים *sodientes*, pro כרים, per epenthesis literæ א; & apocopen ם. (y) Gen. 8. 4. הָרִים *montes*, ex הרר; unde v. g. Jer. 17. 3. הַרְרִי *mons meus*; Pf. 73. 1. לְבַרְרִי

dorum Status absoluti ^z ordinariè ^z
innuit.

3. *Vocalis sub posteriori residua*, ante
Afformativum,

(a). *cholem* indicat *secundam tertiam*
similem^b, aut (in Niphal^c & Hiphil^d)
mediam Quiescentem.

(β). *Segol* denotat *mediam vel Quie-*
scentem^c, vel *tertiæ similem*^f; *sæpe*
etiam ultimam ה^g.

4. Vo.

puris, rad. ברר. (z) Gen. 2. 8. צָן *hortus*, rad. צָן;
Sed c. 21. 22. שָׂר *princeps*, constr. ex abs. שָׂר Hof. 3. 4.
est è rad. שׂור. (a) quandoque (־) pro (־) euphoni-
cè alternat, Vid. I. c. §. 26. 2. v. g. רַע *malum*, Gen. 6. 5.
quod tamen ex רוע. (b) Ez. 20. 38. וְ/בָרַאתִי &
purificabo, rad. ברר; sic Pf. 35. 14 שָׁחַתִּי *incurvabi-*
me, rad. שחח. (c) Jef. 10. 13. בָּ/כֵן/תִּי *prudentiã*
exstructus sum; rad. בון; sic Ez. 11. 17. נִפְצַלְתֶּם
dispersi estis. (d) Num. 31. 28. וְ/הִרְמֵתִי & *auferetis*,
Ex. 26. 3. וְ/הִקְמַתִּי & *eriges*. rad. קום & רום. (e) Ez.
16. 55. תִּשְׁבְּ/וּנָה *revertemini*, rad. שוב. (f) Vid.
Gen. 37 7. c. 41. 54. &c. (g) 2. Reg. 22. 20. תִּרְאֶה/וּנָה
videbunt, rad. ראה; Lev. 4. 2. 13. 22. תִּעַשְׂ/וּנָה
fient, rad. עשה &c.

4. Vocalis sub Praformativo,

(α). (.)^h, vel (.)ⁱ Meteg notandum, in Kal, indicat primam radicalem ר, raro tertiam ה^k. Sed (..) Conjugationis Hipbil, significat mediam quiescentem^l vel geminatam^m.

(β). () notat mediam vel Quiescentemⁿ, vel tertiae similem^o.

(γ). ׀ indicat primam ר^p, rarius נ^q.

(δ) ׀ designat primam ר^r, vel secundam.

(h) Gen. 12. 4. וַיֵּשֶׁב וְגַלְגַּלְתָּ & *abit*, rad. ילך. (i) Ps. 3. 6. וְרָאִי וְרָאִי & *dormiam*, rad. ישן. 2. Reg. 17. 28. וְרָאִי וְרָאִי & *timebunt*, cum meteg adjecto vocali brevi pro longâ alternanti, rad. ורא: sed omisso meteg, Gen. 12. 12. & c. וְרָאִי וְרָאִי & *videbunt*, rad. ראה. (k) Gen. 9. 20. וְרָאִי וְרָאִי & *abit*, rad. שרה, Pro. 17. 28. תֵּעָרְרָה & *erres*, rad. תעה. Gen. 4. 5. וְרָאִי וְרָאִי & *exarsit*, rad. חרה: sed de his vid. potius num. 6. (l) Deut. 4. 27. וְרָאִי וְרָאִי & *disperget*, rad. פוצ. (m) Jer. 21. 4. מִסֹּבֵב & *convertens*. rad. סבב. (n) Ex. 10. 14 וְרָאִי וְרָאִי & *quiescit*, rad. נח. (o) Deut. 28. 50. וְרָאִי וְרָאִי & *gratiam faciet*, rad. בוח. (p) וְרָאִי וְרָאִי & *quod abducat*, rad. ילך. (q) Ps. 139. 20. וְרָאִי וְרָאִי & *dicent tibi*, ex אמר. Vid. Lit. §. 56. l. 3. (r) Job. 33. 19. וְרָאִי וְרָאִי & *castiga-*

cundam quiescentem^s, aut tertiæ
similem^t.

5. Tonus vocum per Afformativa י, ו, & ה
(extra Hiphil) crescentium.

(α). Penultima^u, aut ob aliam saltem
supervenientem causam, ultimæ^x,
indicat Mediam quiescentem, aut
tertiæ similem,

(β). Ultima, denotat tertiam ה^y.

6. Si nihil horum adfuerit, additur

(α). Vt plurimum tertia ה^z.

(β).

bitur, rad. יוכח; Gen. 19. 19. אוֹן|כל potero, ex כל
(s) Jef. 16. 5. וְהָיָה|בֵּן & praparabitur, rad. בֵּן.
(t) Ez 41. 7. מִן|סֹבֵב cochleatus. ex סֹבֵב. (u) Ex.
10. 23. קָמְרוּ|surrexerunt, rad. קוּם, Pro. 14. 19. שָׁחָו|
incurvant se, rad. שָׁחָו: ita Jos. 2. 11. קָמְמוּ|constitit,
rad. קוּם, Pf. 44. 26. שָׁחָה|depressa est, rad. שָׁחָה.
(x) Zach. 5. 4. וְלָנָה| & commorabitur, rad. לָן;
Jef. 37. 22. פָּוֶה|sp̄rebit, rad. בּוּה. (y) Ez. 39. 23.
גָּלוּ|exularunt, rad. גָּלוּ. 1. Chr. 5. 9. רָבְּרוּ|multipli-
cati fuerunt, rad. רָבָה. Sic Kimchi ad Jef. 1. 16.
הִזְכִּירוּ ex tono ultimæ rectè conjicit, impertinenter
formari vocem ex Niphil Geminatorum, quæ tonum
haberent in penultima, ut Jef. 52. 11. הִזְכִּירוּ|pro הִזְכִּירוּ
purgate vos; sed derivandam ex זָכָה. (z) Gen. 1. 26.

(β). Rarò, præcipuè in Intransitivis, & in gutturalem aut ר terminantibus, *media quiescens^a, vel tertia similis^b*.

(γ). Rarissimè, voce Præformativo destitutâ, *in locum primæ præfigitur* כ^c vel ו^d, aut etiam א* ; ל verò non nisi ante קק^e.

IV. Si Servilibus abjectis, unica modò remanserit, tunc

1. Tertia loco addatur ה, & loco primæ
C 3 ra-

וְיִבְלֹעַ וְיִרְדָּוּ & dominabuntur, rad. בלה c. 2.2. וְיִבְלֹעַ
nam absorberat, rad. בלה Gen. 35. 7. וְיִרְדָּוּ & rebel-
larunt sese, Pf 119. 18. גָּלָה & c. rad. גלה (a) Deut.
34. 10. קָם surrexit. Sic Jes. 14. 22. וְיִקְמֹתוּ & in-
surgam, Ex. 6. 4. וְיִקְמֹתוּ הֵן stabilivi, rad. קום: de
quibus tamen videatur potius supra III. 2. (β) & 3. (α).
(b) Pf 119. 22. גָּלָה debolve, rad. גלל, Num. 22. 6. אָרָה
maledic, ex ארר, l. c. v. 11. קָבָה maledicito, ex קבב.
Jer. 45. 1. לָרַד ad sternendum, rad. רדר, Eccl. 3. 18.
לְבָרֵם ad declarandum eos, rad. ברר. (c) Gen. 45. 4.
צִשְׁוּ accedite, rad. נגש. (d) Gen. 38. 11. שָׁבִי ma-
ne, rad. ישב. (*) Gen. 9. 6. אָדָם sanguis, ex אדם
rubuit, Vid. Literat. §. 55. 3. (e) Gen. 42. 33. קָחוּ
accipite, rad. לקח.

radicalis *prefigatur* כ^f vel ר^g.

2. In כ^h & שⁱ pro abjecto ה sub-
stituantur literæ נה: in ה^h verò pro
eod. ultimo ה ponatur^k, quod ipsum
quoque primæ locum occupet.

NOTA.

Quæ Quatuor pluresve distinctas radica-
les habent, rariora sunt; sæpè peregrina^l,
nonnunquam etiam Composita^m.
Vt

(f) Pro. 4. 5 27. הַטִּי *declinabis*, rad. נטה; Ex. 2. 12.
וַיִּדְרֹךְ & *percussit*, rad. נכה. (g) Jer. 22. 3. הִנֵּנוּ *op-*
primetis, rad. ונה; Job. 30. 19. הִרְגֵנִי *projecit me*,
2. Sam. 11. 20. וַיִּרְדּוּ *jaculabuntur*; Pl. 64. 8. וַיִּרְמֶם
jaculatus est in eos, rad. ורה. (h) Gen. 11. 29. בַּת
filia, rad. בנה. (i) Gen. 4. 19. שְׁתֵּי *duæ*, Ruth. 1. 19.
שְׁתֵּיהֶם *ambe istæ*, Gen. 5. 18. 20. שְׁתֵּי *duæ*, rad.
שנה. (k) Mal. 2. 2. לְהַרְהֵרָה *dare*, ex rad. נתן.
(l) Gen. 41. 45. צַפְנֵת פַּעֲנָח *abditorum Index*, sunt
Ægyptiaca; de quibus Vid. Pfeif. Dub. vex. p. 186. sqq.
Dan. 3. 2. אֶחָד שַׂרְפְּנֵיָה *Satrapa*, est Perficum, com-
positum ex אחש *majestas*, & דר *janua*; unde ררפן
janitor. Vid. *Grævus* El. Perf. p. 20. (m) Jes. 9. 1.
צַלְמוֹת *umbra mortis*, ex מות & צלל.

Vthabeant Tyrones, in quo dictorum imstituant applicationem; subjungitur, habitâ temporis, quo hæc scribuntur, ratione, sequens ex *Jesaja* cap. LII. v. 13-199. & cap. LIII. de *Christi Passione, & exaltatione* vaticinium.

13 הנה ישכיל עבדי ירום ונשא וגבה
 14 מאד: כאשר שממו עליך רבים כן
 משחת מאיש מראהו ותארו מבני
 15 אדם: כן יזה גוים רבים עליו
 וקבצו מלכים פיהם כו אשר לא
 ספר להם ראו ואשר לא שמעו
 16 התבוננו: מי האמין לשמעתנו וידוע
 2 ידועה על—מי נגלתה: וילע פיונק
 לפניו וכשרש מארץ צלה לא תאר
 3 לו ולא הדר ונראהו ולא מראה
 ונחמדהו: נבזה וחרל אישים איש
 מכאבות וידוע חלי וכמסתר פנים
 4 ממנו נבזה ולא השבנהו: אכן
 חלינו הוא נשא ומכאבנו סבלם
 5 ואנחנו חשבנהו נגוע מכה אלהים
 וזמנהו: והוא מחלל מפשעונו מרבה
 מעונותיו מוסר שלומנו עליו ובחכרתו

נרפא

2 1 0

ub-
oro
um

ca-
ri-
m.
Vt


12.
pp.
e,
&
ב
9.
d.
נ.
nt
q-
n-
ר
1.

6 בְּרַפְא־לְנוּ : כְּלָנוּ כִּצְאֵן הָעֵינֹו אִישׁ
 לְרַכְּבוֹ פָּנִינוּ וַיְהִי־הָהֵבֶה הַפְּגִיעַ כֹּו אֶת
 7 עֵזֹן פְּלָנוּ : נִגְשׁ וְהוּא נִעְנֶה וְלֹא
 יִפְתַּח־פִּיֹו כִּשְׁהָ לְטָבַח יוֹבֵל וּבְכַרְחַל
 לִפְנֵי גִזְזִיָה נְאֻלְמָה וְלֹא יִפְתַּח פִּיֹו :
 8 מִעֲצָר וּמִמְשַׁבֵּט לִקְח וְאֶת־הַדּוֹרוֹ מִי
 יִשׁוּחַח כִּי נִגְזַר מֵאַרְצֵי חַיִּים מִפְּשַׁע
 9 עַמִּי נִגַּע לָמוּ : וַיִּתֵּן אֶת־רִשְׁעִים
 קִבְרוֹ וְאֶת־עֲשִׂיר כְּמִתְּוֹ עַל לֹא־
 10 חֲמַט עֲשָׂה וְלֹא מְרַמֶּה בְּפִיֹו : וַיְהִי־הָהֵבֶה
 חֲפֵץ רִכְאוֹ הַחֲלוֹי אִם־תְּשִׁים אֶשֶׁם
 נִפְשׁוֹ וְרֵאָה וְרַע יִאֲרִיךְ יָמָים וְחַפֵּץ
 11 יִהְיֶה בְּיָדוֹ יִצְלַח : מִעֲמַל נִפְשׁוֹ יִרְאֶה
 יִשְׁבַּע בְּרַעְתּוֹ וְצַדִּיק וְצַדִּיק עֲבָדֵי
 12 לְרַבִּים וְעוֹנְתָם הוּא וְסָבַל : לִכְן
 אֲחַל־קִלּוֹ בְּרַבִּים וְאֶת־עֲצוּמִים וְחֵלֶק
 שָׁלַל חַחַת אֲשֶׁר הָעֵרָה לְמוֹת נִפְשׁוֹ
 וְאֶת־פְּשָׁעִים נִמְנָה וְהוּא חֲטָא־רַבִּים
 נִשָּׂא וּלְפִשְׁעִים יִפְגֹּעַ :

S. D. G.

①

Olui Geoh. Tythfen Elementale Syriacum
system Grammaticae Chrestomathicae et
Glossarium Rospori by Koppe 1793 12 B. & 1/2 B
Das 1. B. in 2 B. Das 2. B. in 2 B.
Das 3. B. in 2 B. Das 4. B. in 2 B.
Das 5. B. in 2 B. Das 6. B. in 2 B.
Das 7. B. in 2 B. Das 8. B. in 2 B.
Das 9. B. in 2 B. Das 10. B. in 2 B.
Das 11. B. in 2 B. Das 12. B. in 2 B.



ULB Halle

3


005 893 47X



VD 17
VD 18







B.I.G.

Farbkarte #13

הרגל
לקדושי הלשון

2

SEV
MANVDVCTIO,
VIAM
OSTENDENS COMPENDIOSAM
AD
Ebrae Linguae
ANALYSIN facilius instituendam,
ejusque
rite applicandam SYNTAXIN,
OPERA
I. A. DANZII.



JENAE,
Prostat apud IOH. BIELCKIVM, Bibliop.
M. D. CC. II.